



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 De docilitate, vtrum sit pars prudentiæ.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

men omnino consuetas, quia ea quae sunt in consuetas, magis miramur, & sic in eis animus magis & vehementius derinetur: ex quo fit, quod eorum, qui in pueritia vidimus, magis memoremur. Ideo autem necessaria est huiusmodi similitudinum, vel imaginum adinuentio, quia intentiones simplices, & spirituales facilius ex anima elabuntur, nisi quibusdam similitudinibus corporalibus quasi alligentur: quia humana cognitio potentior est circa sensibilia, unde & memoratiua ponitur in parte sensitiua. Secundo, oportet, ut homo ea quae memoriter vult tenere, sua cōsideratione ordinate disponat, ut ex uno memorato facile ad aliud procedatur. Vnde Philo. dicit lib. 10. de Memoria. A locis videmur rem in se aliqñ. Causa autem est, quia uelociter ab alio in aliud ueniunt. Tertio, oportet, ut homo solitudinem apponat, & affectu adhibeat ad ea, quae vult memorari: quia quanto aliquid magis fuerit impressum animo, tanto minus elabitur. Vnde & Tullius dicit in sua Rhetorica, quod solitudo cōseruat integras simulacrorum figuras. Quarto, oportet, quod ea frequentet meditetur, quae uolumus memorari. Vnde Philo. dicit in li. 10. de Memoria, quod meditationes memoriam saluant, quia, ut in eodem dicitur, consuetudo est quasi natura. Vnde quod multoties intelligimus, cito reminiscimur, quasi naturali quodam ordine ab uno ad aliud procedentes.

AD TERTIUM dicendum, quod ex praeteritis oportet nos quasi argumentum sumere de futuris: & ideo memoria praeteritorum necessaria est ad bene consiliandum de futuris.

Ca. 3. in me. dno. co. 2.

Ca. 3. tom. 3.

Super quest. quadra gestatione ariculum secundum.

Supra. q. 48. cor. & 3. di. 33. q. 3. ar. 1. q. 1.

Lib. 6. e. 3. & 6. co. 5.

q. 8. artic. 2.

1. 2. q. 6. ar. 2. & sup. q. 4. lib. 6. e. 7. & 8. 2. tom. 4. ar. 1. 1. 3. de anima, text. 38. tom. 2.

Tullius li. 3. de Inuentione. fol. 4. ante fin. libri.

ARTICVLVS II.

Utrum intellectus sit pars prudentia.

IN ar. 2. habes ap. te, quod prudentia principium, & conclusio est in cogitatione. Ipsa enim affluet ad rectum de particulari sine iudicium, actum habet, qui intellectus, & sensus uocatur diuersa ratione, ut in littera dicitur.

AD SECUNDUM sic procedit. Videtur, quod intellectus non sit pars prudentia. Eorum enim quae ex opposito diuiduntur, unum non est pars alterius: sed intellectus ponitur uirtus intellectualis conditiua prudentia, ut patet in 6. Ethic. ergo intellectus non debet poni pars prudentia.

¶ 2. Praet. Intellectus ponitur inter dona Spiritus sancti, & correspondet fidei, ut supra habetur: sed prudentia est alia uirtus a fide, ut per se praedicta patet, ergo intellectus non pertinet ad prudentiam.

¶ 3. Praet. Prudentia est singularium operabilium, ut dicitur in 6. Ethic. sed intellectus est uniuersalium cognitiuus, & immaterialium, ut patet in 3. de Anima. ergo intellectus non est pars prudentia.

SED CONTRA est, quod Tullius ponit intelligentiam partem prudentia, & Macrobius intellectum, quod in idem redit.

RESPON. Dicendum, quod intellectus non sumit hic pro potentia intellectiua, sed prout importat quandam rectam estimationem alicuius extremi principii, quod accipitur ut per se notum: sicut & prima demonstrationum principia intelligere dicimur. Omnis autem deductio rationis ab aliquibus procedit, quae accipiuntur ut prima: unde oportet, quod ois processus rationis ab aliquo intellectu procedat. Quia ergo prudentia est recta ratio agibilium, id necesse est quod totus processus prudentia ab intellectu deriuetur, & propter hoc intellectus ponitur pars prudentia.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio prudentia terminatur, sicut ad conclusionem quandam, ad particulare operabile, ad quod applicat uniuersalem cognitionem, ut ex dictis patet. Concluditur enim per syllogizatur ex uniuersali, & singulari. Vnde oportet quod ratio prudentia procedat, quorum unus est, qui est uniuersalis, quae pertinet ad intellectum, & unus est singularis, quae naturaliter non solum uniuersalia principia spectat, sed etiam practica, sicut nulli esse maleiacentis, unde patet. Alius autem intellectus est, qui est cognoscitiuus extremi, alicuius principii, seu principii contingentis operabilium, quae minoris, quam oportet esse singularis, mo prudentia, ut dictum est. Hoc autem singulare est aliquis singularis finis, ut dicitur in 1. de Anima. unde intellectus, qui ponitur pars prudentia, dicitur recta estimatio de aliquo particulari.

AD SECUNDUM Dicendum, quod intellectus ponitur donum spiritus sancti, est quod spectat in specio diuino, ut ex supra dictis patet, & ponitur intellectus pars prudentia, ut dicitur in 1. de Anima.

AD TERTIUM Dicendum, quod ratio de fine particulari & intellectu dicitur tum est alicuius principii: & sensus, autem particularis. Et hoc est quod Philo. dicit in 1. de Anima. Horum, si singularium, oportet habere intellectum, si intellectus. Non autem hoc dicitur de sensu particulari, quia cognoscitiuus sensibilibus, sed de sensu interiori, quod iudicamus.

ARTICVLVS III.

Utrum docilitas debeat poni pars prudentia.

AD TERTIUM sic procedit. Vnde quod docilitas non deat poni pars prudentia. Illud enim quod requiritur ad omnem uirtutem intellectualem, non deat appropriari alicui earum: sed docilitas necessaria est ad quamlibet uirtutem intellectualem: ergo non deat poni pars prudentia.

¶ 2. Praet. Ea quae ad uirtutes humanas pertinent, sunt in nobis, quia secundum ea, quae in nobis sunt, laudamur, uel uisuperamur: sed non est in potestate nostra ut dociles simus: sed hoc ex natura, & dispositione quibusdam conceditur: ergo non est pars prudentia.

¶ 3. Praet. Docilitas ad discipulum pertinet, cum sit preceptiua, uidetur magis pertinere, qui etiam preceptorum docentium obsequium non est pars prudentia.

SED CONTRA est, quod Macrobius sententiam Platonis, ponit docilitatem partem prudentia.

RESPON. Dicendum, quod docilitas est prudentia consistit circa particularia, in quibus cum sint quasi infinita, non possunt ab uno homine sufficienter considerari per modicum tempus, sed per modicum de in his quae ad prudentiam pertinent, dicitur homo ab alio erudiri, praecipuum sanum intellectum adepti sunt circa particularium. Vnde Philo. dicit in 1. de Anima.

dere expertorum, & seniorum, & prudentium in demonstrationibus, & opinionibus, non minus quam demonstrationibus: propter experientiam enim videtur principia. unde & Prou. 3. dicitur. Ne miraris prudentiam, & Eccl. 6. dicitur. In multis diebus presbyterorum, & seniorum prudentium, & sapientie illorum ex corde coniungere. Hoc autem prius ad docilitatem, ut aliquis sit bene disciplina susceptus: & ideo conuenienter docilitas ponitur pars prudentie.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod etiam docilitas utilis fit ad quamlibet uirtutem intellectualem, precipue tamen ad prudentiam pertinet, ratione iam dicta.

AD SECUNDUM Dicendum, quod docilitas, sicut & alia, que ad prudentiam pertinet, secundum aptitudinem quidem est a natura: sed ad eius consummationem plurimum ualet humanum studium, dum scilicet homo sollicitus, frequenter, & reuerenter applicat animum suum documentis maiorum non negligens ea propter ignauiam, nec contemnens propter superbiam.

AD TERTIUM Dicendum, quod per prudentiam aliquis precipue non solum alius, sed etiam sibi ipse, ut dictum est, videtur etiam in subditis locum habere, ut supra dictum est, ad quorum prudentiam pertinet docilitas, quauis etiam ipsos maiores oporteat dociles quantum ad aliqua esse: quia nullus in his, quibus prudentia, sibi quantum ad omnia sufficit, ut dictum est.

Super quest. quarta generalis articulum quartum.

ARTICULVS IIII.

Utrum solertia sit pars prudentie.

AD QUARTUM sic proceditur. Videtur, quod solertia non sit pars prudentie. Solertia enim habet ad facile inueniendam media in demonstrationibus, ut patet in 1. Posteriorum: sed ratio prudentie non est demonstratiua; cum sit contingentium: ergo ad prudentiam non pertinet solertia.

¶ 2. Præterea ad prudentiam pertinet bene consiliari, ut dicitur in 6. Ethic. sed in bene consiliando non habet locum solertia, quæ est eustochia quædam. bona coniecturatio, quæ est sine ratione, & uelox. Oportet autem consiliari tarde, ut dicitur in 6. Ethic. ergo solertia non debet poni pars prudentie.

¶ 3. Præterea Solertia, ut dictum est, est quedam bona coniecturatio: sed coniecturatio uti est proprium rhetoricis: ergo solertia magis pertinet ad rhetoricam, quam ad prudentiam.

SED CONTRA est, quod Isidorus dicit in li. 1. Etymologiarum. Sollicitus dicitur, quasi solers, & citius: sed sollicitudo ad prudentiam pertinet, sicut supra dictum est, ergo & solertia.

RESPON. Dicendum, quod prudentis est rectam estimationem habere de operandis. Recta autem estimatio, siue opinio acquiritur in operatiuis, sicut in speculatiuis dupliciter. Vno quidem modo per se inueniendo, alio modo, ab alio addiscendo. Sicut autem docilitas ad hoc pertinet, ut homo bene se habeat in acquirendo rectam opinionem ab alio: ita solertia ad hoc pertinet, ut homo bene se habeat in acquirendo rectam estimationem per seipsum, ita tamen ut solertia accipiatur pro eustochia, cuius est pars. Nam eustochia est bona coniecturatio de quibuscunq; solertia autem est facilis, & propterea coniecturatio circa in-

uentionem medii, ut dicitur in 1. Posteriorum. Tam enim ille Philosophus, qui ponit solertiam partem prudentie, accipit eam communiter pro omni eustochia. Vnde dicit. Solertia est habitus, qui pronenit ex repentino, inueniens quod congruit.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod solertia non solum se habet circa inuentionem medii in demonstratiuis, sed et in operatiuis, puta, cum aliquis uidet aliquos alicui amicos factos, coniecturando putat eos fuisse inimicos eiusdem, ut ibidem Philosophus dicit: & hoc modo solertia pertinet ad prudentiam.

AD SECUNDUM dicendum, quod Philosophus unam rationem inducit in 6. Ethic. ad ostendendum, quod eubulia, quæ est bene consiliatiua, non est eustochia, cuius laus est in ueloci consideratione eius quod oportet. Potest autem aliquis esse bene consiliatiuus, etiam diutius consiliatur, uel tardius: nec tamen propter hoc excluditur, quin bona coniecturatio ad bene consiliandum ualeat, & quandoque necessaria sit, quando scilicet ex improviso occurrit aliquid ad agendum: & ideo solertia conuenienter pars prudentie ponitur.

AD TERTIUM dicendum, quod rhetorica etiam rationatur circa operabilia. Vnde nihil prohibet eam ad rhetoricam, & prudentiam pertinere: & tamen coniecturatio hic non sumitur solum secundum quod pertinet ad coniecturas, quibus utuntur rhetores: sed secundum quod in quibuscunq; coniecere dicitur homo ueritatem.

ARTICULVS V.

Utrum ratio debeat poni pars prudentie.

AD QUINTUM sic proceditur. Videtur, quod ratio non debeat poni pars prudentie. Subiectum enim accidentis non est pars eius: sed prudentia est in ratione sicut in subiecto, ut dicitur in 6. Ethic. ergo ratio non debet poni pars prudentie.

¶ 2. Præterea illud, quod est multis commune, non debet alicuius eorum poni pars: uel si ponatur, detur pars eius, cui potissime conuenit: ratio autem necessaria est in omnibus uirtutibus intellectualibus, & precipue in sapientia, & scientia, que utuntur ratione demonstratiua, ergo ratio non debet poni pars prudentie.

¶ 3. Præterea ratio non differt per essentiam potentia ab intellectu, ut prius habitum est. Si igitur intellectus ponitur pars prudentie, superfluum fuit addere rationem.

SED CONTRA est, quod Macrobius in 1. sententia Plotini, rationem numerat inter partes prudentie.

RESPON. Dicendum, quod opus prudentis est esse bene consiliatiuum, ut dicitur in 6. Ethic. Consiliu autem est inquisitio quædam ex quibusdam ad alia procedens, hoc autem est opus rationis: unde ad prudentiam necessarium est, quod homo sit bene rationatiuus. Et quia ea, que exiguntur ad perfectionem prudentie, dicuntur quasi integrales partes prudentie, inde est, quod ratio inter partes prudentie connumerari debet.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod ratio non sumitur hic pro ipsa potentia rationis, sed pro eius bono usu.

AD SECUNDUM dicendum, quod certitudo rationis est ex intellectu: sed necessitas rationis est ex defectu intellectus. Illa enim in quibus uis intellectiua plenarie

Super quest. quarta dragestimanone articulum quintum.

Nam scito, quod intellectus, & ratio, ut actus sunt, ponuntur partes prudentie: & quod æquiualeat dicere, potentia secundum quod subest intellectui, ponitur una pars, & secundum quod subest discursui, altera pars prudentie: & dicere, quod uterque actus ponitur pars prudentie.

Li. 1. in Somniti Scipionis 1. folio ante medietatem lib. 6. cap. 5. tom. 5.

Lib. 6. ca. 5. non procul a h. to. 5.

uiget,